



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

36. Item de restauratione Ecclesiarum Dei.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

plicanda; de quibus, sicut sacerdotis intererit, sic Clericus ultra delegatam sibi summam nihil insolenter noverit expetendum. Ea verò quæ ecclesiasticis ædificiis attributa sunt, huic operi veraciter prærogata locorum doceat instauratio manifesta sanctorum: quia nefas est si sacris ædibus destitutis, in lucrum suum præful impendia his designata convertat.

De eadem re. *Ex epistola Simplicij Papa*  
*capit. I I.*

Decreta Sim-  
plicij c. 2.

XXXIV. De redivibus Ecclesiæ vel oblatione fidelium sola Episcopo ex his una portio remittatur, duæ ecclesiasticis fabricis & erogationi peregrinorum & pauperum profutura. ultima Clericis pro singulorum meritis dividatur.

De honore Ecclesiæ Dei. *Ex Capitulis*  
*synodalibus tit. LXIX.*

Lib. I. Capi-  
tular. c. 71.

XXXV. Placuit nobis admonere ut unusquisque Episcopus videat super suam parochiam ut Ecclesia Dei suam habeat honorem simul & altaria secundum suam dignitatem venerentur, & non sit domus Dei & altaria sacrata pervia canibus, & ut vasa sacrata Dei in magna veneratione habeantur, & ut sacrificia sanctificata cum magna diligentia ab eis colligantur qui digni sunt.

Item de restauratione Ecclesiarum Dei  
*Ex Capitulis Ludouici Imperatoris*  
*cap. XL.*

Lib. 4. Capi-  
tular. c. 40.

XXXVI. De opere vel restauratione

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 45

Ecclesiarum Comes & Episcopus sive Abbas unâ cum Misso nostro, quem ipsi sibi elegerint ad hoc, considerationem faciant, ut unusquisque eorum tantum inde accipiat ad operandum & restaurandum quantum ipse de rebus Ecclesiarum habere dinoscitur. Similiter & vassi nostri aut in commune tantum accipiant operis quantum rerum ecclesiasticarum habent, vel unusquisque per se juxta quantitatem quam ipse tenet, aut si inter eos convenierit ut pro opere faciendo argentum donent, juxta æstimationem operis in argento persolvant. cum quo pretio rector Ecclesiæ ad prædictam restorationem operarios conducere & materiam emere possit. Et qui nonas & decimas dare neglexerit, primùm quidem illas cum lege sua restituat, insuper & bannum nostrum solvat, ut ita castigatus caveat ne sæpius iterando beneficium amittat.

De eadem re. *Item ex Capitulis*  
*tit. XXI I.*

XXXVII. De operibus in restoratione Ecclesiarum, sive in faciendo, sive in redimendo, episcopalis potiùs sequatur voluntas. Nullatenus tamen remaneat quin, sicut à nobis sæpe jussum est, hoc aut illud partibus Ecclesiarum persolvatur. Et hoc omnibus notum sit, quia quicumque negligenter exinde egerit, & coram nobis exinde negligens repertus fuerit, illud volumus omnino ut subeat quod in nostro Capitulari de hac re communi consultu fidelium nostrorum ordinavimus.

Lib. 2. Capitular. c. 225